



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q.8. An possit absolvi Pœnitens, qui solùm satisfecit Monacho à se percusso, & non ejus Abbati, vel Monasterio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

parte suâ id quod q. 5. diximus sufficere ex plurium sententiâ, atque adeò satisfecisset menti Pontificis.

Q. 8. An possit absolvi Pœnitens, qui solum satisfecit Monacho à se percusso, & non ejus Abbati vel Monasterio?

Respondent probabiliter affirmativè Diana p. 1. tr. II. R. 23. cum Avilâ; Tamburinus c. 12. §. 4. n. 14. cum Leandro & aliis, contra Bonacinam De Censuris disp. 2. q. 4. pu. 5. n. 24. & alios, citantes Filliucium afferentem praxim sacræ Pœnitentiariæ. Horum sententia omninò sequenda est, si injuria facta Monacho redundaverit in Communitatem.

Q. 9. An possit absolvi, etiamsi res sit deducta ad forum contentiosum, & lis nondum finita?

R. Affirmativè, cum Sanchez in Decal. l. 6. cap. 17. n. 43. Henriquez l. 8. cap. 60. n. 4. Sayro, &c. approbatis à Dianâ p. 1. tr. II. R. 26. Gobat n. 252. Quia Bulla concedit facultatem absolvendi à censuris, sine restri-